

Ad Tit. 1.

reje&is ejus figmentis , ac falsitatibus , sic Paulus Apostolus ad Titum cap. 1. num. 12. ad- ducit dictum Epimenidis po&e : Cretenfes semper mendaces: mala bestia, &c. & Epimeni- des ut gentilis po&ta multa fabulosa, ac men- dacia dixit, tamen Paelus citat eum in his, qu& ipse vera protulit; nam de libris saepe utendum, ut de pomis; in pomo putrida eji- ciontur foras, sana ver& assumuntur ad ci- bum, ac nutrimentum.

QU&ESTIO XX.

De libro Apocalypsis Joannis Apostoli.

SUMMARIUM.

- 771 de fide est Apocalypsim esse librum Cano- nicum.
- 772 Dicitur liber Apocalypsis retento nomine.
- 773 Majestas Apocalypsis consideranda ex qua- tuor personis.
- 774 Magna illius dignitas, quia de rebus futu- ris agit.
- 775 Utilitas Apocalypsis omnibus presentibus, & futuris, & n. 776. 777.
- 778 Liber Apocalypsis valde ordinat& procedit & n. 779. 780. 781.
- 782 Ponitur in ultimo loco testamenti novi, non quia ultimo scriptus sit.
- 783 Ponitur ultimo loco, quia de ultimis tempo- ribus esse.

771.

OMnia, qu& hic dicenda veniunt jam explicavi tom. 1. in Apocalypsim in que- sitionibus Pr&emialibus, inter quas in quarta qua&stione dixi de fide esse hunc librum Apo- calypseos esse Canonicum scriptum & B. Joanne Apostolo, ut definitum est in Concilio Romano sub Damaso Papa in Concilio Flo- rentino, in literis sanct& unionis. Trident. sess. 4. Toletan. Carthaginen. & idem tenent, ac docent omnes sancti tam Gr&eci, qu&am Latini, quos proxim& citata qua&st. 4. adduxi.

Concil. Romano. Florent. Trident. Toletan. Carthag.

772. Arabic. Siciacus. Giscus. Rupert.

Liber dicitur Apocalypsis Joannis Apostoli. Arabicus, viso Joannis Apostoli. Syriacus, Re- velatio, qua facta est super Joannem. Apocalyp- sis vox est Gr&eca, & idem valet, ac revela- tio, seu visio; ac manifestatio secretorum. Et quamquam bene poterat dici Latino verbo, Revelatio, seu visio, dicitur, retento Gr&eco nomine Apocalypsis, de quo varias dedi ra- tiones capite primo, ipsius libri qua&st. 1. tamen genuina illa mihi videtur Ruperti, quod tali Gr&eco nomine utitur, ob cultum, ac vene- rationem tantorum mysteriorum, qu& in hoc volumine clauduntur, ut ita etiam ipsa res significata magno cultu, ac veneratione ha- beatur.

773. Aurelius.

Et suprem& dignitatem tanti libri rect& collig- it Cardinalis Aurelius, cum ait, Apocalyp- sis est revelatio, non quasumque, sed summa, authentica, quod apparet per auctoritatem qua- tuor personarum, qua indicantur Iesu Christi, Dei Patris, & Joannis, & Angeli, sublimitas, ac altitudo hujus libri maxim& auspicianda, ex quatuor personis, qu& in eo proponuntur.

Prim& Iesus Christus Apocalypsis, seu reve- latio Iesu Christi. Secundo Deus Pater, revela- tionem, quam dedit illi Deus, scilicet hanc Apocalypsim, seu revelationem Deus Pater in primo instanti conceptionis manifestavit filio suo Iesu Christo, Tertio Angelus unus ex supremis. Mittens per Angelum suum. Quarto Joannes, servo suo Joanni. Cui Angelus hanc Apocalypsim deferens pr&cepit ei. Scribe in Apoc. 1. libro, & mitte ad septem Ecclesias, qua& sunt in Asia cap. 1. num. 14. Non solum divinus Spiritus interius movet Joannem, ut scribat, sed etiam exterius rigido pr&cepto hoc mandat, ut inde maxim& dignitas, utilitas, ac necessitas hujus libri innotescat.

774.

Magna dignitas libri inde maxim& expen- denda est, quia tota ejus materia est de rebus qu& ventura& erant scilicet futura& Ecclesie& persecutiones, adversitates, ac durissim& cru- delitatis sub execrabili, ac abominabili An- tichristo, & tandem gloria futura Beatorum: cognitio autem futurorum est maxim& subli- mis, & alta. Unde ait Isaias 41. n. 23. Annun- tiate qua& ventura& sunt, & sciemus, quia dii estis vos. Hoc enim est irrefragabile Divinitatis si- gnum. Unde ait Tertullian. in Apolog. cap. 20. Testimonium enim Divinitatis est. Veritas di- vinationis. Et ratio hujus est, quia sola in- finita vis cognoscitiva, infinit&que intelle- ctus, infinitumque illius lumen omne verum ubicumque sit, sive intra causas, sive extra causas etiam qu& dependent & voluntate hu- mana post centum mille annorum videt, ac penetrat; cum solum valeat videre id, quod nullo modo existat, ex quo patet: quanta sit nobilitas, ac sublimitas hujus libri, ut ita di- cam, secretorum Dei, cum agat de admirabili dispositione, ac ordinatione Divina& sapientia&, ac providentia&, de rebusque post tot saeculo- rum tempora futuris maxim& dependentibus & voluntate humana, ac ejus libertate.

775.

Magna utilitas ex hac libri lectione omni- bus nobis presentibus, & qui sub tyranni- de Antichristi erunt, & qui postea futuri sunt; nobis modo, ut ait Ansbertus, Illu- rum tolerantia magnum nobis documentum. Si enim illi, qui grassante Antichristi dira peste inter multas, & acerbissimas pugnas, innu- merasque mundi perturbationes, ac persecu- tiones, quales nunquam fuerunt ab initio, nec erunt, tamen illi firmi, ac constantes sta- bunt in fide; inde magnum nobis documen- tum, qualem in fide habere debemus perseve- rantiam, cum & tot, & tam intricatis pressuris sumus liberi.

776.

Valde etiam lectio hujus libri utilis his, qui tempore Antichristi erunt, quia ex pro- phetia hujus voluminis, intelligent, quod illa dura persecutio brevi transeat, & cito finem habebit; unde de illa loquens Daniel. 12. n. 3. ait, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Qui autem illo tempore docti fuerint intelligent, non solum ut bene agant, sed etiam ut ignaros, ac indoctos do- ceant illum impostorem esse Antichristum totum abundantem nequitia, malitia, omni- que falsitate, ac mendacio, instare jam finem mundi, complet&que esse, qu& in Apocalyp- si annunciantur, quod ipse tunc erit summus fidei

Daniel. 12.

fidei argumentum, & veritatis propugnacu- lum inexpugnabile.

777.

Magna laetitia gaudendi his, qui post An- tichristum futuri sunt, cum se videant, acer- bo illo tyranno extincto, & tam acerba per- secutione evadere, cum aspicerent Moyses, ac filii Israel Pharaonem cum suis exercitibus demersum in Mare. Tunc cecinit Moyses, & filii Israel carmen hoc Domino, Exod. 25. n. 1. Cum de Aegypto exeunt tot, & tantis mira- bilibus, Deo operante, expoliato Aegypto ab omnibus divitiis suis, quas secum asporta- bant festiv&, ac cum omni musicorum instru- mento hymnum cantat? Quid jucundius, & gratius poterat eis accidere, quam libertas & tam diro, & acerbo flagello, ac jugo, sub quo premebantur, tunc non Canticis modu- lantur, sed modo cum suos hostes vident sub- mersos in mari? Plus gaudebant, & exulta- bant, cum dejecto hoste & manibus eorum evaderent, quam dum obienta desiderata li- bertate servitutis jugum excutiant, D. Gre- gorius Nyssen. lib. de vita Moysis, sic ait: He- braei cum de sua salute: tum de inimicorum sup- plia& laeti, magis quam ulli antea homines, in hymnis, & hilaritate totam noctem exigunt. Ex- pende illud: Quam ulli antea homines. Et si cum exirent de Aegypto magno repleverunt gaudio, & multum jucundarentur, incompa- rabiliter tamen magis laetantur, cum hostibus prostratis ab eis se liberos vident.

Exod. 5.

D. Gregor. Nyssen.

778.

Hic liber Apocalypsis non confus&, ac in- ordinat& procedit, sed multa & alta directio- ne disponitur, in quo sex consideranda. Pri- m& Christus apparet cum multa majestate, ut tantum Dominum decebat, & sermonem habens cum Joanne, & mittens per Angelum, ut ea scribat, ac mittat ad Episcopos Asia&. Secund&, tanquam supremus Dominus, cap. 2. & 3. suos Domesticos, servos ac Epil- copos admonet, ac dirigit, ut & quibusdam defectibus emendentur, in quo corripit etiam omnes Christianos, ut & similibus emenden- tur. Tertio, cap. 4. & 5. proponitur Dei maje- stas sedentis in throno, & ejus manu Agnus accepit librum signatum sigillis septem quem solus Agnus potuit aperire, cujus laus, & glo- ria decantatur & senioribus, ac & quatuor ani- malibus.

Apoc. 4. & 3.

Apoc. 4. & 5.

779. Apoc. 6. Apoc. 10.

Quarto, cap. 6. aperiuntur sigilla, & finiuntur, cap. 10. quibus apertis manifestantur par- tim multa& persecutiones, ac tyrannides, qu& evenient sub Antichristo, partim explicantur varia& persecutiones Ecclesie& sub Antonino, Aurelio, Decio, Valentiniano, Diocletiano, Maximiano, Mahometanis, qu& persecutio- nes erunt tanquam signa demonstrativa, ac prognostica, eorum qu& sient sub Antichristo, in quibus etiam sigillis multa signa dantur eorum, qu& evenient ante diem judicii.

780. Apoc. 11.

Quinto, cap. 11. aperietur liber, manifestan- tur, ac declarantur scripta in eo, & primo summa majestas, ac amplitudo Ecclesie&, sum- maque Dei providentia erga illam, quia ad tempus persecutionum Antichristi mittit duo pr&clarissima luminaria parentem Eliam, & Henoch, ut luce su& doctrina& illuminent fi- deles, & dissipent tenebras errorum, ac falsita- tum Antichristi. Tunc apparet Ecclesia sole vestita, stellis coronata, & describitur

bellum Michaelis contra diabolum, quo de- monstrantur, ac designantur bella, persecutio- nes, tyrannides Antichristi, & quomodo ipse occidetur, & mittetur cum suis in stagnum ignis ardentis sulphure, qu& omnia descri- buntur, usque ad cap. 19.

Apoc. 19. 781.

Sexto, cap. 20. narratur quomodo Christus Dominus veniet ad universale judicium, & duobus ultimis capitibus gloria electorum, ac Beatorum, Ecce supremus omnium Monarcha Deus subditos rebelles; sui regni cum omni aequitate, ac justitia punietur est; fideles ver&, ac sibi obsequentes constituetur in aeterna pace, ut omnibus bonis caelestis beatitudinis di- tentur in omnem aeternitatem.

782.

Qu&eres tamen, cur Apocalypsis inter libros Canonicos ultimum teneat locum? Rejicien- dum id, quod aliqui affirmant, quia fuit om- nium novissim& scriptus, cum & nobis cum communi sententia superius dictum sit Joannem Evangelium scripsisse post Apocalypsim, hanc enim adhuc exul in insula Pathmos, hanc enim adhuc ab exilio revocatus pos- teritati tradidit. Nec etiam admittendum id, quod Abulensis in Prologo Matth& ait, ideo ultimum locum scripturarum Canonicarum saltem novi testamenti obtinuisse, quia pra& aliis minus est necessarius, cum in eo non sit aliquid de fide credendum, ac etiam de pra&e- ptis vivendi. Hoc nullo modo est admitten- dum; nam Apocalypsis multa continet de di- vinitate Christi de ejus majestate ac magni- tudine, multa& de ejus morte, & resurrectione, ac imperio, de adventuque ad judicium, de caelesti Beatorum gloria, qu& omnia sunt arti- culi fidei; multa&que etiam de peccatis, ac vitiis fugiendis, de virtutibus, amplectendis, ac de timore, ac perseverantia in Dei obse- quio, in eo tractantur.

Abulens.

783.

Dicendum quod ordinatissim& Sancta Ec- clesia omnia disposuit; nam in exordio novi Testamenti ponitur Liber quatuor Evangelista- rum, qui est fundamentum totius novi Testa- menti. In eo agitur de adventu Christi, & quod Verbum caro factum est, de ejus sacratis- sima vita, & operibus, morte, ac resurrectio- ne, sequitur actus Apostolorum, in quo des- cribitur Christi Ascensio in Caelum, & sancti Spiritus adventus, ac exordium primitiva& Ecclesie&. Sequuntur Epistola& Apostolorum Pauli, Petri, Jacobi, ac Iuda&, qu& dant nor- mam, ac documenta ad recte, ac sancte vi- vendum, ac operandum in fide, ac obsequio Christi, tandem ponitur Apocalypsis, agens de ultimis temporibus Historia ejus est de fi- ne dierum, ac terminatione saeculi; & ideo ultimum habet locum, cum de ultimis tem- poribus agit.

QU&ESTIO XXI.

De variis personibus, seu translatio- nibus novi Testamenti.

SUMMARIUM.

784 Translatio Graeca valde celeberrima in totum Testamentum novum.

- 785 Ex hac Græca in Biblia Regia habetur alia translatio in Hebræum, & Syriacum, Syriaco & Hebræo charactere.
- 786 Ea quæ Auerant in dictis exemplaribus sepleta sunt.
- 787 Quis fuit Auctor ex Græca in Syrum.
- 788 Præter tres dictas translationes in Græcum, Hebræicum, & Syriacum dantur alia.
- 789 Referuntur alia Biblia.

784.

Inter varias translationes novi Testamenti, illa est suprema, communis, & valde authentica, quæ est Græca. Totum novum Testamentum lingua Græca primò exaratum est, ut patet ex omnibus eius quætionibus in hac Resolutione, excepto Evangelio Matthæi; ac epistola Pauli ad Hebræos. Et Evangelium Matthæi translatum est ex Hebræo in Græcum, vel ab Apostolo Jacobo, ut existimat D. Athanasius in *Synopsi*, vel ab Apostolo Joanne ut alii tradunt, vel ab ipso Matthæo, ut alii censent, epistola verò ad Hebræos à B. Luca Græcè fuit donata. Et tandem Evangelium Marci; Et in Roma fuerit primò Latine scriptum; postea in Aquileia Græcè est datum, ut dixi supra. Unde totius Codex Græcus novi testamenti apostolicos viros habet auctores, & ideo ab Ecclesia in magna veneratione habetur, tanquam secundum omnes suas partes esset originalis.

B. Athanas.

D. Lucas. D. Marcus.

785.

Ex hoc Græco autographo primo est versio Syriaca, seu mystica cum Hebræa corrupta, quam Syriaco Charactere typis Venetæ dedit *Alberus Vridmanskius* Cancellarius Ferdinandi Imperatoris, anno 1555. & postea Syriaco, & etiam Hebræo charactere in Biblia Regia habetur; cum interpretatione Latina *Guidonis Fabricii Boderiani*, qui omnium primus hanc Syram editionem in Latinum convertit, in utraque tamen editione, seu impressione defunt Syriacæ epistola secunda Petri, secunda, & tertia Joannis, & epistola Judæ, & Apocalypsis Joannis. Nam quamvis apud Syros in Biblia Regia, in sine epistola prima Joannis noeretur quod hæc omnia extent, tamen in exemplaribus, quæ sequuntur est *Vridmanskius*, antiquissimo Codice manu scripto, quo simul cum illis *Guido Fabricius* usus est, defuerunt.

Vridman.

Guid. Fabr. Bibl. Reg.

785.

Maronit.

Postea verò ea, quæ in dictis exemplaribus deerant, accepta sunt à *Maronitis*, qui sunt Christiani Catholici, incolæ montis Libani, de quibus agunt noster *Discalceatus*

Philippus à sanctissima Trinitate in suo Itine. Philip. à vario lib. 3. cap. 2. & Rna Controvers. 6. propositioe, suppleta sunt, eaque Latine dedit *Balthazar Eizelvius*.

Quisnam fuit Auctor, qui novum Testamentum ex Græco in Syrum convertit, maxime dubitatur: Syri constanter tenent fuisse *D. Marcum*, qui postquam Romæ suum Evangelium Latine scripsit, tum ipsum Evangelium, tum etiam ceteros omnes novi Testamenti libros, lingua sua patria, seu Syra asserunt translulisse; & quod ita à Syris accepisset eum in Oriente multa diligentia, conquireret thesauros linguæ Syriacæ, ac Arabicæ, affirmat *Guillelmus Postellus* apud *Guidonem Fabricium in epistola Dedicatoria ad lectorem*, de qua feci mentionem supra *Resolut. 4. quæst. 7. num. 498.* quæ Epistola est præfixa translationi Latine novi Testamenti, ex lingua Syriaca. Alii id negant, contenduntque hanc translationem factam fuisse ab Apostolis, vel ab Apostolorum discipulis. Verisimilius quod multo post Apostolorum tempora hæc translatio facta fuisset incerto Auctore, cum antiqui Patres, qui sive in Syria Palæstina, sive in Ægypto versati sunt, ejus mentionem non faciunt.

D. Marcus.

Guillelm. Guido.

788.

Præter has tres novi Testamenti Translationes in Græcum, Hebræicum ac Syriacum, ut videre est in Biblia Regia, & Parisensi magna, sunt etiam alia translationes ipsius novi testamenti.

S. Hesichii Presbyteri Jerosolymitani, & *S. Hecclæ* Episcopi Ægypti, de quo feci mentionem supra *Resolut. 4. quæst. 3. num. 481.*

Extat etiam translatio Arabica, & habetur Arabica in Biblia magna Parisensi, de qua dixi supra *quæst. 7. num. 501.*

Alia est etiam Æthiopica, quæ est ab antiquissimo tempore, seu à tempore Apostolorum, ut multi contendunt, de qua tractavi supra citata *Resolut. 4. quæst. 8. n. 506. & 607.*

Sunt & alia translationes *Xanti Pagnini* Ordinis Prædicatorum. Alia est etiam *Isidori Clari Brixiani*; & alia *Varabli*, quæ etiam dicitur *Biblia Tygurina*, eo quod Tyguri edita sit; & alia translatio est etiam *Aria Montani* in sexto tomo Bibliæ Regiæ, & etiam tam tanus.


789.

de his, quam aliis Bibliis feci mentionem dicta *Resolut. 4. quæst. 9.* & multæ ex his translationibus parum distant à nostra Vulgata, de cujus excellentia, ac auctoritate jam tractavi citata *Resolut. 4. quæst. 10. & 11.*



OPUSCULUM II. EX MULTIS, ET VARIIS CONSULTATIONIBUS.

AC CASIBUS SÆPE OCCURRENTIBUS,
per aliquas resolutiones dispositum ac digestum.



RESOLUTIO I.

De Abbatibus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid significet nomen Abbas, & quid in eo denotetur?

SUMMARIUM.

- 1 Abbas Syriacum vocabulum idem est ac Pater.
- 2 Eo primus dictus est Antonius.
- 3 Significat eximium amorem Prælati erga subditos.

Cap. final. Glosa. D. August. D. Chry. D. Remig. D. Thomas. Marc. 14.

Rom. 8.

Tamburin. Barbofa.

Pelagius. Petr. Greg. Sozomen.

ABBAS Syriacum vocabulum, vel Hebræicum, ut alii volunt, idem valet, ac Latine, Pater; *cap. finali, de Regularibus.* Glosa in *Clement. I. de rescriptis.* & notantur communiter Sancti Patres *D. August. D. Chryso. D. Remigius; D. Thomas ad cap. 4. epistol. ad Galatas.* Aliquando utraque vox simul ponitur. Ut *Marc. 14. num. 36. Abba Pater omnia tibi possibilia sunt;* idem est, ac si dicatur Pater, Pater; Geminatur vox ad indicandam eximium affectum; ut ibi notavi *tom. 5. in Evang. lib. 8. c. 2. sicut & idem habetur Rom. 8. n. 15. In quo clamamus Abba Pater.*

Unde hoc nomine ceperunt uti primi & antiqui Anacoretæ; inter quos primus extitit *Magnus Antonius*, hoc titulo, inter eos verò, qui in civitatibus Monasteria, & bona possederunt, primus fuisse traditor præclarus & illustrissimus *Benedictus*, ut advertunt *Tamburin. tom. 1. de jure Abbatum, disput. 2. quæst. 2. in fine, Barbofa de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 17. n. 25.*

Hoc autem nomine ceperunt uti isti Patres ad indicandum suum eximium amorem erga subditos, qui eos tanquam filios habebant, ac erudiebant, ex quo postea hoc nomine dicti sunt Prælati aliquarum Religionum, maxime Monachalium de quo agunt *Pelagius de planctu Ecclesiæ, lib. 2. c. 20. Petr. Greg. lib. 15. synagm. juris, 2. p. c. 13. n. 1. Sozomen. l. 5. c. 10. Sylveira Opuscula.*

QUÆSTIO II.

Abbates in multiplici sunt differentia.

SUMMARIUM.

- 4 Abbates quidam sæculares, quidam Regulares, sæculares in quadruplici differentia.
- 5 Regulares in duplici differentia.

Abbates quidam sunt sæculares, quidam regulares, ut in cap. Transmissa ibi Glosa verb. *Abbates, de renunt. & in cap. Cum ad Monasterium de statu Monachor.* Abbates sæculares sunt in quadruplici differentia. Primò: quidam sunt, qui non solum in clericos, sed etiam in laicos sibi subiectos quasi Pontificalem vel Episcopalem jurisdictionem obtinent, ac pariter pontificalia insignia gestant, utunturque annulo, Mitra, & baculo pastorali, horum dignitas Episcopali proxima consistit. Secundò: alii sunt Abbates prædictis longè inferiores qui nec Episcopalem jurisdictionem habent nec Episcopali dignitate utuntur, & quamvis eorum Abbatie dignitates sint, non tamen proxime Episcopali dignitati accedunt. Tertio: alii sunt Abbates sæculares, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis inter cæteras dignitates magnum retinent locum; nulli tamen Collegio præfunt, sed tantum in choro vel aliis actionibus capitularibus quandam præogativam, seu primum locum honorificè habent. Quarto: alii sunt Abbates Commendatarii, qui habent Abbatias non solum in titulum; sed etiam in commendam ad perceptionem fructuum; de quibus *Tamburin. tom. 1. de jure Abbatum, disput. 3. quæst. 1. num. 6. & disput. 4. G. Chopin. in Monastic. lib. 1. tit. 1. numer. 14. Rebuff. in praxi tit. secularia beneficia quorund. num. 5. Mendez de Castro in praxi Lusitan. part. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 20.* de his tamen sæcularibus ad nos tractare non pertinet.

A. C. Transm. Glosa. Cap. cum ad Monast.

Tamburia. Chopin. Rebuff. Mendez.

Abbates regulares de quibus in præfenti est sermo, sunt in duplici differentia; quidam sunt reales, qui actualiter habent subditos, ut Abbates *S. Basilii, & S. Benedicti, S. Bernardi*, ex his quidam habent majorem, quidam minorem jurisdictionem; majorem ut generales,